



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 48. Jadera capta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

sciret Pontifice superiorem, ad quem mi- Sæcul. XIII.  
 tem ut  
 . Aliud  
 eneti  
 Petrus  
 ie con-  
 omnes  
 addin  
 stiano-  
 inpri-  
 Hung-  
 tricus  
 ontifex  
 uera,  
 iæsito,  
 inter-  
 iante,  
 rare-  
 , mis-  
 Isaaci  
 de so-  
 esimo  
 e pri-  
 vate-  
 Pon-  
 rima-  
 Dice-  
 stum  
 elita-  
 trem  
 Vin-  
 nem  
 saret

ferrima calamitate pressus posset confu- A. C. 120°.  
 gere. Respondit Papa, quæ ad rem vi-  
 debantur, ac Princeps juvenis destina-  
 tum iter prosecutus est, Germaniam pe-  
 tens, ut Regem Philippum Sueviæ, qui  
 Irenem, sororem suam, conjugem acce-  
 perat, adiret. Cum Veronam divertis-  
 set, comperit, sacros milites Venetiis  
 degere; suaseruntque amici, ut ab eis  
 auxilium peteret. Ergo ipsius Legati  
 ad Marchionem Montisferratensem ce-  
 terosque sacræ militiæ Principes se con-  
 ferunt, qui Nuncios ad Regem Philip-  
 pum Sueviæ miserunt, exploraturos, an  
 se in expugnatione Terræ sanctæ copiis  
 augere vellet, quod si faceret, promit-  
 tebant ipsi, quod Alexium in paterno so-  
 llio Constantinopolitano suis viribus col-  
 locare conaturi essent. His mandatis  
 instructi Crucigerorum Principum Nun-  
 cii in Germaniam cum juvene Alexio  
 contendunt.

### §. XLVIII.

#### *Jadera capta.*

Cum Francorum Venetorumque clas- Villehard.  
 sis e portu Veneto in die octava n. 38.  
 S. Remigii octava mensis Octobris anno  
 millesimo ducentesimo secundo solvisset,  
 in conspectu urbis Jaderæ in vigilia S. Mar-  
 tini die decima Novembris fuit. Cives

Tt 3

ad

Sæcul. XIII.  
A. C. 1202.

ad Venetiarum Ducem nuncios mittunt,  
qui significant, urbem se Principibus  
Crucigerorum permissuram. Respon-  
det Dux, se rem ad Principes Francorum  
delaturum. Interim vero illi, qui div-  
dendi exercitus auctores erant, ad Le-  
gatos civitatis dicebant : cur hostium  
arbitrio vos ipsos deditis ? si contra so-  
los Venetos vestra tueri potestis, nihil  
est, quod a sacris militibus timeatis. Ita  
Legati ad suos redeunt non expectato  
responso Ducis Venetorum aut Princi-  
pum Francorum, qui sponte se dedentes  
Jaderenses recipiendos in fidem arbitra-  
bantur.

Tunc vero Guido Abbas *des Vaux*  
*de Sernai*, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis  
Parisiensis, in medium prodiens, ait:  
*Principes ! in nomine Papæ vobis præ-  
pio, ne hanc urbem aggrediamini. Ci-  
ves enim Christiani sunt, & vos sub  
vexillo Christi cruce insigniti militat.*  
Tumque Epistolam Pontificis recitavit,  
in qua Crucigeros Christianorum ditio-  
nes infestare vetabat. Nihil propius  
fuit, quam ut Abbas a Venetis interfe-  
ceretur ; verum Simon Comes Mont-  
fortius prosiliens Præfusilis præsidium in-  
se suscepit. His non obstantibus Jade-  
ra obsessa & a civibus dedita est, ac Ve-  
netis consilium suggesterentibus totus ex-  
ercitus ibi hyemavit.

Petr. hist.  
Albig. c. 19.

At

At Papa, hac expeditione comperta, Sæcul. XIII.  
ad Crucigeros dedit Epistolam, in cuius A.C. 1202.  
fronte nec Salutem nec Benedictionem  
ponens tanquam excommunicatos allo 5. ep. 161.  
quitur. *Cives Jaderæ, inquit, arbitrio Gest. n. 86:*  
*nostro se se subjecturos in causa sua cum*  
*Venetis pendente promiserant; cum non*  
*audirentur, Cruces in murorum suorum*  
*ambitu suspenderunt, ut saltem Christi*  
*reverentia hostes Christianos arceret.*  
*Vos vero, spreto Crucifixo, urbem ad de-*  
*ditionem compulisti, Cardinalem Petrum*  
*Legatum nostrum vobis præcepta nostra*  
*exponentem, & literas nostras tandem*  
*coram vobis publice recitatas rejecisti.*  
*Veneti vobis spectantibus infâustæ urbis*  
*mœnia everterunt, Ecclesias spoliarunt,*  
*ædes diruerunt, vosque cum iis sacrile-*  
*gam prædam partiti estis. In fine pro-*  
*hibet, ne Jaderensibus ultimam inferant*  
*perniciem, jubetque curare, ut Regi Hun-*  
*gariæ ablata restituantur.*

### §. XLIX.

*Pacta cum Alexio juniore inita.*

Inter hæc Jaderam perveniunt Regis  
Philippi Sueviæ, & Alexii Principis  
Legati, qui in domo Venetorum Ducis  
ad congregatos Crucigerorum Principes  
perorarunt in hunc modum: *Rex, Do-*  
*minus noster, mittit ad vos Principem, n. 45.*